

CAPVT QVINTVM.


De Inuestigatione Portionis Circuli, quam suo motu descripsit Cometa, & qualem ea ad Eclipticā atque Æquatorem obtinuerit Analogiam.

HActenus Cometæ huius cursum, respectu duorum maximè principalium Circulorū, peruestigauimus. Restat vt nunc ipsum Cometæ circulum Proprium, quem suo motu designauit, inquiramus, vt qualem is habuerit, tum ad Eclipticam, tum etiam ad Æquatorem inclinationē, quibūsq; in locis eos intersecuerit cognoscatur.

Inuestigatio habitudinis viæ Cometæ respectu Eclipticæ.

Primum itaq; ex Ecliptica, atque Cometæ, respectu ipsius Solaris viæ correspondentia, arcū illū proprii motus inquirentes, assumamus duo loca secundum longitudinem & latitudinem paululū remotiora, atq; hinc iuxta sequentē ratiocinationē ad optatum scopum perueniemus.

PRIMÒ sit in assignata figura Ecliptica DE GK, Polus ipsius A, Sit verò Arcus quē descripsit Cometa suo motu HBCG intersecans Eclipticam in puncto



K 2

G,